

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Correctio ay

cum uariis

Mundus esse a uiciis debet qui aliena corrigere curat; quatenus tanto perspicacius aliis fugienda uideat, quanto hec ipse per scienciam et uitam uerius declinat quia nequaquam pure in membro maculam considerat oculus quem puluis grauat et superiectas sordes tergere non ualent manus que lutum tenent.

Gregorius libro VI. moralium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Correctio ay] Correctio ax P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quatenus] quibus M; uideat] uidet V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; hec] hoc P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uerius] celerius L<sup>2</sup>; grauat] generat P V<sup>1</sup>, obtenebrat V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; libro *om.*  
C